



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. II. De Coadjutoribus Temporalibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

bet excedere 15. annum, nec superare 50. Nam qui aut illum non expleverint, aut hunc excefferint, à Provinciali recipi non possunt. f

f P. 1. c. 2. §. 9.
10. 11. 12. &
Reg. Prov. 36.

Dona externa nobilitatis, divitiarum, bonæ famæ, & similia, ut non satis sunt, si defint alia; ita cùm alia suppetent, hæc non erunt necessaria; quatenus tamen ad ædificationem faciunt, reddunt magis idoneos, ut admittantur. g

g P. 1. c. 2. §. 13.

S E C T I O II.

De Coadjutoribus Temporalibus.

1. **U**T particulatim verò de iis loquamur, qui in Coadjutores Temporalès admittuntur; in primis non debent esse plures, quam qui necessarii sint ad sublevandam Societatem in iis rebus, in quibus occupari Sacerdotes & Scholastici non possunt sine detrimento majoris boni. b Et sanè magna cautio in iis admittendis adhibenda est, qui literati, milites, nobiles, aut delicatis ministeriis assueti, nec minor etiam erga rudes. i

Non multi, nec
ex conditione
qualibet.

b Ex. c. 6. §. 1.
& P. 1. c. 2. §.
2. & A & Reg.
Prov. 39.

2. Cæterum quod spectat ad Animum, debent esse quieti, tractabiles, bonæ conscientiæ, propensi ad devotionem & virtutem, sorte Marthæ contenti, benè affecti

i Instr. 6. §. 4.
Quoad ani-
mum.

affecti erga Institutum, & futuri ædificationi Domesticis & Externis. Qui non quieturus in externis ministeriis cognosceretur, non esset admittendus in Coadjutorem Temporalem, nisi aptus ad progressum in literisprehenderetur. *l*

3. Quod ad corpus attinet, sint honesta specie, sanitate, viribus, & ætate, quibus labores sui muneris sufferre queant; & qui vel habeant, vel habituri sperentur talentum ad Societatem juvandam. *m*

SECTIO III.

De Indifferentibus.

l Ex. c. 6. §. 7.
& P. 1. c. 2. §.
2. & B.

Quoad corpus.

m P. 1. c. 2.
§. 3.

Quinam dicantur indifferentes.

n Ex. c. 1. §. 8.
9. 10. & c. 8.

o Ex. c. 1. §. 11
& c. 5. §. 8. &
c. 8. §. 1.

Quomodo examinandi.

1. **C**UM tres sint notissimæ classes hominum Societatis, Professorum nempe, Coadjutorum, Scholasticorum; ad quorum aliquam plerumque Novitii destinantur; *n* posset contingere, ut aliquorum Societati se adungere volentium non satis perspectæ essent dotes. Inde factum est, ut quarta classis admittendorum statueretur, qui indifferentes dicantur; eò quod nondum Societas decreverit, ad quem ex dictis gradibus eorum talentum sit magis accommodatum. *o*

2. Quare qui examinabitur, ut Indifferens, admonendus erit, quod nullo tem-